



num nostrum Jesum Christum
Filiū tuum: Qui tecum vivit &
regnat in unitate ejusdem Spiritus
sancti Deus.

Præfatio. Qui ascendens super
omnes cœlos.

Infra actionem. Communican-
tes, & diem sacratissimum Pente-
côstes celebrantes. & Hanc igitur
oblacionem. ut suprâ. Et di-
cuntur usque ad sequens Sabbatum
inclusivè.

Communio. Ultimo festivitatis
die dicēbat Jesus: Qui in me cre-
dit, flumina de ventre ejus fluent
aquæ vivæ: hoc autem dixit de
Spiritu quem accepturi erant cre-
dentes in eum, allelûia, allelûia.

Postcommunio.

Sancti Spiritus, Domine, corda
nostra mundet infusio: & sui
roris intima aspersione fecundet.

Per Dñm nostrum Jesum
Christum Filiū tuum: Qui te-
cum vivit & regnat in unitate
ejusdem Spiritus sancti Deus.

**In Missis privatis hujus Vigi-
liæ, omissis Prophetiis, Orationi-
bus, & Litanis, Missa absolute
incipit ab Introitu, ut infra.**

Introitus.



Um sanctificatus fuero
in vobis, congregabo
vos de universis terris:
& effundam super vos
aquam mundam, & mundabimini
ab omnibus inquinamentis vestris:
& dabo vobis spiritum novum,
allelûia, allelûia. **Psalms.** Bene-
dicam Dñm in omni tẽm-
pore: semper laus ejus in ore meo.

Exec.
36.

Psal.
33.

Glória Patri.

Deinde dicitur. Kyrie eleison.
Glória in excelsis. & alia, ut suprâ.

